



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Constitviones Societatis Iesv**

**Ignacio <de Loyola>**

**Romae, 1570**

De Scholasticis à studio litterarum educendis. Cap. IX.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68489](#)

CVM DECLA. C. IX. 162

seruitium conferunt, captando, omnibus rationibus adhibitis, quæ possunt adhiberi. Et quamuis hoc sola vñctio sancti Spiritus, & ea prudentia, quam comunicare solet Dominus illis, qui in diuina sua Mæiestate confidunt, docere possit; via saltem aliquo modo quibusdam documentis, quæ iuuent, & ad effectum diuinæ gratiæ disponant, aperiri potest.

DE SCHOLASTICIS  
à studio litterarum educendis. Cap. IX.

IN Caput

IX.

DE Scholasticis  
à studio litterarum educen-  
dis.

A \* EX Collegijs nōnulli propter causas in secunda Parte dictas, & modoinibi explicato educuntur; vt alij, qui ad diuinū seruitium magis proficiant, eisdem succedant. Eadem siquidem in hac parte domorum, & Collegiorum est ratio.

2 Aliqui etiam aliquando edificantur, quod ipsi ad maiorem in spiritu vel in litteris protectū alio modum dictum est; sed tamen dispensari in tempore septem annorum, idque prorogari posset; cum huiusmodi Scholastici exemplo vita sue, magnæ ædificationis essent, ita, vt vel magnum Dei obsequium ab eis expectaretur, vel utiles esse Collegio viderentur.

A § A LII edis  
cuntur  
post septem annos,  
ij videlicet, qui  
ad collegia admitti  
sunt ad id tempus,  
absq; eo quod con-  
stituerint ingredi  
Societatem, quemad-

G iii IN

alio transferri, vel quod ad vniuersale bonum Societatis conueniat; vt accideret, si, qui Artium curriculum in aliquo Collegio emensus esset, vt easdem aliibi prælegeret, ante Theologiæ studium educeretur. Et idem dictum sit, si qua in re alia ad maius Dei obsequium & gloriam essent occupandi.

Communis autem modus educendi Scholasticos ex Collegio aliquo, vbi omnes prædictæ Scientiæ trahuntur, tunc erit; cum quisque studia sua iam absoluuerit, peracto Artium curriculo, & quatuor annis Theologiæ studio impensis. Et sub huius temporis finem suarum esse partium Rector intelligat, Præpositum Generalem, vel Prouincialem admovere, & quantum hi prosectorint, referre; ac postmodum quod ei præscriptum fuerit ad Dei gloriam, exequetur.

DE G V B E R N A T I O-  
ne Collegiorum.  
Cap. X.

**S**V P R E M A M curam vel superintendentiam Collegiorum iuxta Sedis Apostolicæ litteras professæ Societas habebit. Cum enim quidquam priuatae vtilitatis ex redditibus quærere, vel in suū usum conuertere non possit; est valde probabile, quod maiori cum puritate ac spiritu constantius ac diutius procedet, in ijs, quæ ad bonum regimen Collegiorum ad maius Dei ac Domini nostri obsequium